



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. VI. De damnis, inconvenientiis, ac pœnis clericorum, proprio
commodo, ac avaritiæ deditorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Caput Sextum.

*De damnis, inconvenientiis, ac pœnis
Clericorum proprio commodo, ac
avaritia deditorum.*

POeta quidam Gentilis volens exprimere
summam, extremamque aviditatem, qua
homines feruntur, imo rapiuntur, in au-
rum, ac argentum, nullum aptius reperire
potuit Epitheton, quam *sacrum*:

*Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames! Virgil. Aeneid.*

Observatum est, acutissimèque notatum
in quadã synodo, nullos esse ferme in mundo
qui majori anxietate ac sollicitudine aggre-
gent, accumulèntque divitias, accumula-
tas autem prodigijs consumant, aut mise-
rius perdant, quã Ecclesiasticos: unde S. Bern.
serm. ad Past. in synod. *Quis obsecro laicorum
avidius Clericis accipit temporalia, ac ineptius
mitur acquisitis: Et tamen, quam ignomi-
niosus, quã indignus est affectus talis pecto-
racente sacerdotali, sordidi alicujus mi-
serique lucelli temporalis, prout capite præ-
ceden-*

cedente illud vocabat S. Petrus? Decipiuntur
 quotquot sunt, qui sibi imaginantur, gloriæ
 majorem, majorem applausum, ac laudem
 sibi accrescere, quo ampliores accumu-
 lant divitias, thesaurosque impleant, accu-
 condant inexhaustos; etenim gravissimi
 omnique exceptione majore sancti Hiero-
 nymi sententia, ac testimonio constat, He-
 brem fœdiorem, magisque prostitutam
 ignominia notam sibi inurere non
 se, quam hoc ipso: En verba: *Ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis.*
 Nepot. Fundamentales, primique S. Eccle-
 siæ lapides, pretiosi non fuerunt, paupere-
 res fuerunt, & rudes, quales hodierni
 que nostri sunt piscatores; ideoque S. Pe-
 trus intrando templum, instantiam pauperum
 mendicantis, suæ propriæ egestatis retulit
 exemplo: *act. 3. Argentum & aurum non habeo
 mihi;* eodemque tempore erigebatur
 dicans, figura, uti ingeniose observat
 annes Chrysostronus, *Hom. 8. in act. Ap. 3.*
*puli Judaici, avaritiæ vitio planè addicti
 les erant Judæi Claudicantes, opes petebant
 jacentes, propter hoc templo assidebant, ut
 rentur. Per suam ingluviem everterant
 cerdotes Hebræi synagogam, templumque
 taverant in speluncam latronum, sicuti*

improperavit Salvator: Jam verò, volens idē
 Christus ac Salvator noster super ever-
 sa synagogæ ruinas erigere Ecclesiam suam,
 ante omnia à sancto Petro, Apostolorum
 capite ac primario, suoque electo in terris
 Vicario audire: *Matth. 19. v. 27. Ecce nos reli-*
quimus omnia, atq; hoc non sine magno my-
 sterio; siquidem, ut optimè advertit magnus
 ille Marsiliensis Ecclesiasticus Salvianus l. 2.
ad Eccl. cath. Possessione & usu opum non fulcitur
Ecclesia, sed evertitur. Si attentè pervolvere
 velimus Annales Ecclesiasticos, reperiemus
 feliciores fuisse Ecclesiæ progressus, dum esset
 egena ac pauper, amplisq; destituta bonis tē-
 poralibus, uberrimè tamen floruisse ac abun-
 dante sanctitate.

S. Hieronymus *ep. 2.* volens inculcare, ac
 persuadere Nepotiano, quam indignum fo-
 ret animum, mentemq; sacerdotalem addi-
 ctā esse divitiis, quærere temporalia, atq; imo-
 dicè inhærere hisce transituris nugis, singu-
 lari quadam valdeque efficaci utitur similitu-
 dine: *Clericum ex inope divitem factum, quasi*
quandam pestem fuge. Verba sanè prima fron-
 te dura, in ipsa tamen rei substantia verissima;
 cujus ratio est, quia tales vix unquā sciūt tene-
 re mediū, sed solent insolescere, & sicuti oris,
 ita nec animi habent moderationem; sed me-
 lius

L. 1151

L. 1152

Ecclesiasticus

L. 1153

L. 1154

L. 1155

L. 1156

L. 1157

L. 1158

L. 1159

L. 1160

L. 1161

L. 1162

L. 1163

L. 1164

L. 1165

L. 1166

L. 1167

L. 1168

L. 1169

L. 1170

L. 1171

L. 1172

L. 1173

L. 1174

lius ad propositum nostrum: Sicut pestilens, ac contagio, facile contrahitur conversatione, ita avaritia, per occultam nescio quam violentiam, absque advertentia aliquem ad se trahit, idque eo amplius, dum in Ecclesiasticis reperitur, hi enim suo exemplo, sordidâ, ac avarâ vitâ illam laevis minus reddunt odibilem; hancque causam prohibet Nepotiano S. Hieronymus talium Clericorum consuetudinem. Idem quoque S. Paulus, radicem omnium malorum appellat, inordinatum rerum terrenarum affectum: *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, prudentissimèque monent sacri Canonis I. Tim. 6. v. 10. Ecclesiasticos: Amorem pecuniae, quasi materiam cunctorum criminum fugiant. dist. 23. cap. his igitur.*

Præstaret sanè, ut Ecclesiastici sese tam sollicitos demonstrarent pro bono Ecclesiae, quàm pro bonis suis temporalibus, æqualiterque zelarent utrumque atque hæc sibi tan sociata ac unita, ipsi quoque non separarent. Jam verò, sæpissime, ac ordinariè celebrantur capitula, non ut emendentur mali mores, vitiaq; inter ipsos grassantia extirpentur, ac abusus tollantur, sed solum pro negotiis secularibus ac temporalibus, quomodo red-

ditus suos promoveant, ac recipiant, lucrumque hoc terrenum ac sordidum augeant: Observavit hoc jam dudum Petrus Blefensis: 57. *Quotidie capitula sua tenent, quærentes non morum correctionem, sed extorsionem nummorum*; atque hinc fit augeri vitia in populo, ac multiplicari scandala, nam, ne reditibus, decimis, aliisque suis bonis temporalibus, ac lucris quidquã derogent, claudunt oculos, debitam negligunt correctionem, quemque sinunt agere quod vult, & libet, in Sacramento pœnitentiæ administrando nimis condescendunt, vel non debite, ac pro merito reprehendendo vitia, ac scelera, vel sæpius nimis facile absolvendo tales quos merito tanquam indignos repellere, ac dimittere debuissent, atque ita pretiosum Christi sanguinem quodammodo prodigendo ac prostituendo.

Exprimere nequeo, quanta Ecclesiæ damnâ inferat illa Ecclesiasticorum cœcitas: *Unde superstitiones vigent, mandata contemnantur, peccata fiunt, nisi ex incuria Sacerdotum, qui ne temporale amittant lucrum, permittunt subditis agere quid volunt, & contradictionis seu correctionis non audent verbum loqui: tanquam canes muti sunt, non valentes latrare, & veluti mercenarii inutiles,*

vi-

videntes lupum venientem, Domini gregem
 ferentes aufugiunt, exclamat S. Laurentius
 Justinianus: De Compl. Christi perfect. nec fluc-
 tio præteriti debet Hugonis Cardinalis
 positio supra illum Psalmi 25. versum:
 quorum manibus iniquitates sunt, dexterarum
 repleta est muneribus: manus enim San-
 dotum modo inunctæ sunt pice cupiditatis
 retinendum, qua deberent esse inunctæ scrib-
 ne Charitatis ad largiendum.

Efficax motivum ad fugiendam avaritiam
 est, consideratio illa, quod fideles immu-
 tet in Idololatrias; *Avaritia, quod est Idololatriæ
 servitus*, dicit S. Paulus; ad Galat. 4. v. 8.
 & in Osea cap. 12. v. 8. legimus: *Dives
 etus sum, inveni idolum meum*; proprium
 enim commodum seu interesse juxta me-
 tem sancti Ambrosii, *serm. 89.* hoc quasi
 nexum ac proprium habet, quod cor
 strum totaliter à Deo avertat, auro
 consecret: *Avaritia cæca est, errorem
 religionis inducit, non videt que divina
 sed cogitat que sunt cupiditates*: Ideo
 triumpho palmarum à toto populo Christo
 acclamatum fuit, exceptis Sacerdotibus,
 enim lucris suis erant intenti, & uelut
 Cajetanus, *avaritiâ excecari non animam
 verterunt.* Ut autem constaret quantum